

mittit, qui prae paratus est diabo. Quia enim compassionis expertes sunt diaboli, & ho-
stilitate & inimice erga nos affecti sunt, merito idem supplicium habent qui eiusdem uo-
luntatis sunt, qui & proprijs operibus maledicti facti sunt. Vide autem, quod deus igne
non prae parauit hominibus: supplicium enim non fecit propter nos, sed propter diabo-
lum, ego autem memetipsum supplicio facio obnoxium. Horresce igitur homo, quum
cogitaueris hoc, quod illi neq; ut scorta, neq; ut latrones, neq; ut qui graue aliud flagi-
tium perpetrarunt puniuntur, sed ut hi qui bonum non fecerunt. Profecto si bene con-
sideras, raptor est qui multa habet & non miseretur, etiam si neminem manifesta con-
tumelia afficiat. Quia enim quaedam habet quibus non indiget, rapit omnino ab his qui
egent, & non accipiunt ab ipso. Nam si in commune ea posuisset, fuissent utique & illi
non indigi: nunc autem quia reclusit & propria fecit, propterea illi esuriunt: atque ita &
raptor est qui immisericors, tanta afficiens iniuria, quantis beneficijs afficere potuisset
illum, & non afficit. Sicut sancti incessabile habent gaudium, ita iniusti indefinenter poe-
nam. Tamen si Origenes nugetur, dicens fore suppliciorum finem, & non semper pu-
niendos peccatores, sed fore aliquando tempus, quando in iustorum uenturi sint con-
sortium purgati a poenis. Arguitur autem ex hoc loco manifeste: nam dominus dis-
cit supplicium aeternum, hoc est nunquam desinens. Vnde & ouibus comparat iustos,
hoedis autem peccatores: sicut enim hoedus nunquam fit ouis, sic nunquam peccator
purgabitur & erit iustus. Tenebrae autem exteriores, quae procul sunt a luce diuina, &
propterea grauiore faciunt poenam. Potest item & causa quaedam afferri ad haec. Pec-
cator etiam in hac uita in tenebris est, nam excidit a sole iustitiae: sed quia spes est con-
uersionis, propterea non sunt tenebrae illae exteriores. Porro ubi mortuus fuerit & insti-
terit examen factorum, excipiunt eum exteriores. Non enim ultra conuersionis spes est,
sed sustinet omnigenam diuini splendoris priuationem. Quandiu enim hic est, etiam si bona
dei minus ubertim suscipiat (loquor de sensibilibus & creatis) uidetur esse quodammodo
seruus dei, dum in domo eius, hoc est in creaturis uersat, ab ipsoq; alit & educat. Tunc autem
omnibus modis a deo diuiditur, nihil commune cum illius bonis habens. Haec sunt per compara-
tionem tenebrae exteriores, eo quod hic non omnibus modis peccator refecatur. At tu fu-
ge immisericordiam, & fac eleemosynas, & alias quidem sensibiles, alias autem spiri-
tuales. Pisce Christum, qui esurit salutem nostram, sed & esurientem doctrinas, si pau-
ris & potaueris, paupisti Christum & potasti. In Christiano enim Christus est, & fides pa-
scitur & crescit doctrinis. Sed & si uideris peregrinum a superna patria, induc tecum &
collige, hoc est dum tu ingrederis in caelos, introduce & illum, ne alij praedicans ipse sis
reprobus. Et si quis incorruptionis uestem abiecerit, quam per baptismum induit, & nu-
dus sit, induc illum. Et infirmum fide, ut Paulus dicit, assume: et uinctum in carcere, hoc
est corpore illo tenebroso, inuise, illi quasi splendore, admonitionem donans. Has sex speci-
es charitatis omnes imple quidem corporaliter, imple autem & spiritualiter; nam quum
duplicis naturae simus, possunt haec & bipariam perfici.

Immisericos
raptor est.

Contra Orig
nem.

1. Corinth. 9

C A P V T X X V I.

Et factum est, quum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis: Scitis quod bīdū pascha fiet, & filius hominis tradetur, ut crucifigatur. Quia regni meminit & retributionis, tempestiue consequenter & de passione sua disserit, quasi dicens: Etiam hī qui me crucifixerunt, igne punientur. Luce 22.
Ioh. 11.

LUKE 22.
JOHN. II.

Tunc congregati sunt principes sacerdotum, & scribæ, & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caïpha, & consilium inierunt, ut scilicet illum dolo tenerent, & occiderent. dicebant autem: Non in die festo, ne tumultus fiat in populo. Quum lex præciperet, ut unum tantum haberent pontificem per omne illius uitæ tempus: illi contra legem multos faciebant, quos quotannis mutabant. Et idcirco ad pontificem illius anni ueniunt, de homicidio consilium inituri, ubi oportebat magis homicidas puniri. Pontifex autem nunc dicit ad eos, qui iam annuo ministerio fungi debebāt.

12

2. Passio

sed sceleratam caedem perpetraturi erant, nec deum, sed homines timebāt. Timuerunt enim, ne quo pacto, si in die festo illū occidant, excitaret tumultus: uel etiam quia tūc offerēda erāt omnia sacrificia in lege decreta, ne populus ppter homicidiū à sacrificijs abstineret, pderētq; ipsi lucrū qd' ex sacrificijs habebāt. Fortassis autē & hoc timuerūt, ne forte in die festo occiso, illius mors nobilior & clarior fieret: optabāt em̄ memoriā eius abolerē. Illi igitur ante festum, consiliū inierunt, ut uel forte post diem festum occiderent. At nō quādo illi uoluerūt, sed quādo ipse uoluit pati pmissit eis, p tēpus scilicet paschae: ut quando typicum pascha, tunc & uerum pascha fieret. Discere autem & illos caedis auidos fuisse possumus: nam qui nolebāt illum occidere, quum inuenerunt proditorē, occiderunt, contempta etiam turba, modò uoluntas eorum fieret.

Quum autem esset Iesus in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier, habens alabastrum unguenti preciosi, & effudit super caput ipsius recubentis. Quidam dicunt tres esse mulieres, quae unxerint dominum unguento. Alij autem duas dicunt: unam apud Ioannem, quae est Maria soror Lazari: aliam cuius Matthaeus meminit, quae eadem cum illa quae apud Marcum & Lucam. Simonem autē hunc leprosum, quidam dicunt fuisse patrem Lazari, quem Christus à lepra purificauit, & apud eum conuenerat. Dicitur autem quod & Iesus, qui dixerat discipulis suis, Abite ad quendam, & ostēdet uobis coenaculum stratum: ad illum miserit eos. Deniq; & suscepit, ut dicitur, dominum, qui & apud illū perfecit pascha. Mulier igitur quum uidisset eum, qui leprosum purificauit, confisa est quod & ipsa peccatorum consequeretur remissionem, & purgaretur à lepra animae. Magnam autem fidem ostendit, quod tam preciosum unguentum, & absq; parsimonia in caput eius effudit, honorem exhibens membro praecipuo. Et tu quoque si lepra laboras, & pharisaica lepra inflatus es, quae à deo separat, suscipe Iesum in domum tuam, & unge eum unguento uirtutum. Potes enim parare unguentum Iesu, qui lepram tuam purgauit, & caput eius perungere. Quod autem est caput Christi: diuinitas eius, cui fragrantia uirtutum offertur. Dirigatur (inquit) oratio mea sicut thymiana in conspectu tuo domine. Affer igitur fragrantiam unguenti ex multis uirtutibus confecti diuinitati Christi: nam si non solum hominem illū esse docueris, sed dixeris & deum, tunc caput suum, hoc est diuinitatem fragrantī unguento perfundes, hoc est theologum ages.

Psalm. 140.

Ioan. 12

Videntes autem discipuli, indignati sunt dicentes: Ad quid perditio haec? Potuit enim istud unguentum uenundari magno, & dari pauperibus. Eo autem cognito, Iesus ait illis: Quid molesti estis mulier? Opus enim bonū operata est erga me. Nam semper pauperes habetis uobiscum, me uero non semper habetis. Discipuli, quoniam multa de eleemosyna, habendamq; eius magnam rationem audierant, reprehenderunt mulierē, ceu magis quærentes misericordiam dei, quā honore in illū. Ille autem increpauit discipulos, eo quod intempestiue mulierem reprehenderunt. Non enim summa exigere ab his, q nup ad fidē adducti sunt, maxime ab infirma muliere: sed mediocrē eorū fidē suscipere oportet. Quando igit quis offert deo donum, ne auerferis illum, neq; confringas alacritatem eius, abducens illū ut det pauperibus, sed sine implere oblationē. Quod si quis cōsilio tuo indigerit, utrū oporteat facere, an pauperibus dare, uel offerre deo, consule illi ut det pauperibus: at quum offert, indignum est auerfari illum. Decet enim ut honore, quē deo debemus, praefereamus simpliciter omnibus, etiā misericordiā. Noli em̄ (quia propter misericordiā Christus suscipit in se misericordiā, quasi sibi facta esset) existimare qd' oporteat contemnere deū, & eleemosynā tantū curare. Quia sic & sacrilegium liceret, & ex sacrilegijs esset eleemosyna danda: uerum non sic se habet. Quia nō est idem, misereri pauperum, & colere ac honorare ipsummet Christum. audi: Pauperes enim (inquit) semper habetis uobiscum, me autem non semper. Vides igitur quomodo aliud sit curam impēdere Christo, & aliud misereri pauperibus, tamen si Christus suscipiat, ac in se collocaretur, quod pauperibus impenditur.

Quod enim haec unguentum hoc misit super corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Amen dico uobis, ubicunq; praedicatum fuerit hoc Euangelium in toto mūdo, hoc quoq;

De eo qd' melius sit, ut qd' impēdat
augendo honore dei, qd' pro eleemo-
syna i pauperes. sub eundem
amen.

187

quodque quod hæc fecit narrabitur in memoriam ipsius.] Docet nos, quod mulier hæc iuxta diuinam dispensationem hoc fecerit, præsignans mortem illius & corporis sepulturam. Non enim tulisset Christus unguento ungi, nisi mysterium quoddam subfisset. Vnde futurum sicut deus prædixit, quod in gloriam eius ubique prædicetur res, quam fecit mulier. Vide autem dei misericordiam, quomodo mulierem magnis donis remunerat. Facit enim eam memorabilem ubique, quandiu suum Euangelium duraturum. Quomodo autem sepultura eius præsignatur unguento? mos erat iudeis cum unguento mortuorum corpora sepelire, sicut & Aegyptij faciebant, ut incorrupta manerent, nec foeterent. Ostendit igitur (inquit) ex hoc, quod unguentum effudit, corpus meum breui sepeliendum. Hæc autem omnia dicit, demulcens & dehortans iudam, per quem sepultura tradendus erat. Intellige item per anagogen, leprosum quidem esse gentilem populum: mulierem autem peccatricem, congregationem & ecclesiam ex gentibus quæ unguentum, hoc est fidem, in Christi caput, hoc est deitatem effudit. Omnis enim credens deum esse Christum, unguentum effundit in caput Christi. Iudas autem qui increpauit mulierem, sicut Ioannes dicit, figuram tenet iudeorum, qui usque in hunc diem contra ecclesiam murmurant.

Tunc abiit unus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad principes sacerdotum, & ait illis: Quid uultis mihi dare, et ego uobis tradam illum? At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et ex eo tempore quærebat opportunitatem, ut eum traderet.] Quum aliena mulier, meretrix, tantum exhiberet honorem, tunc discipulus abiit proditorus illum: non enim frustra addicitur, Tunc abiit: sed ut ostendatur impudentia iudæ. Addidit autem Iscariotes, ut notiores eum redderet. Erat enim & alius Iudas, qui Lebæus dicebatur: hic uero proditor, erat a pago qui dicebatur Iscari. Illi autem constituerunt triginta argenteos, hoc est decreuerunt ut ei darentur, id est appenderunt. Quærebat igitur opportunitatem, ut illum traderet eis. Timebat enim turbam, & idcirco conduxerunt iudam, ut indicaret eis quando solus esset.

Primo autem die azymorum acceperunt discipuli ad Iesum, dicentes ei: Vbi uis paremus tibi ad edendum pascha? At ille dixit: Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei: Magister dicit, tempus meum prope est, apud te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli, sicut constituit illis Iesus, & parauerunt pascha.] Primam azymorum diem uocat, quæ diem azymorum præcedit, ut sic dicam, quinta feria manducaturi erant pascha, post quam sequitur pasceus. Prima azymorum uocabatur in lege, eo quod festum incipiebat a uespera, qua uestiebantur azymis. Dominus igitur mittit discipulos quinta, quam nominat Euangelista primam azymorum, quia prima uespera erat qua comedebant azyma. Accedunt igitur discipuli, & rogant: Vbi uis paremus tibi ad edendum pascha? Non enim habebant uel ipsi, uel ille proprias ædes. Mittit autem illos ad hominem, qui non cognoscebatur neque cognoscebat, sicut & de asina fecerat. Monstrans illis, quod possit nudis uerbis persuadere etiam eis qui plane se non cognoscant, ut se excipiant. Voluit autem pascha perficere, ne legi contrarius esse uideatur. Tempus uero suum nominat immolationem, ut discamus quod non ignorans, neque inuoluntarius immoletur. Adicit præterea, Apud te faciam pascha, id est in domo tua cum discipulis meis: ut pararetur quantum sat multis qui simul esuri erant.

Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim, & edentibus illis, dixit: Amen dico uobis, quod unus uestrum me proditorus est. Et moesti redditi uehementer, coeperunt singuli dicere ei: Num ego sum domine? Ex hoc putant quidam, quod hoc anno non comederit dominus pascha. Dicunt enim, quod stantes comedebant agnum. Christus autem recumbens tradidit suum sacramentum: primum enim perfecit figuram, deinde uerum perfecit. Pronunciat autem de iuda, ut reueritus corrigatur, & si ob nihil aliud, saltem uel ob communem mensam, uel quod sciret se proditorum deum corda cognoscentem. Discipuli uero turbabantur: & licet purum cor haberent ac sanam conscientiam, attamen magis credebant Christo quam sibi ipsi, eo quod ille melius sua corda cognosceret quam ipsi.

At ipse respōdens, ait: Qui intinxit mecum manum in catino, hīc me proditurus est. Filius quidem hominis uadit, sicut scriptum est de illo. Vae autem homini illi, per quem filius hominis proditur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Respondens autē ludas, qui tradidit eum, dixit: Num ego sum rabbi? Ait illi: Tu dixisti.] Manifeste proditorem reprehendit: quoniam quum clam reprehenderetur nō emendabatur. Propterea manifestat illum, dicens: Qui intinxit mecum manum, ut uel sic corrigatur. Verū ludas impudens intingebat in catinum. Deinde dicit: Filius quidē hominis uadit sicut scriptum est, hoc est, etiā si praedefinitum sit Christum pati ad salutem, sed nō propter hoc colendus ludas: sed uae illi. Nō enim ut cooperans diuinæ uoluntati hoc fecit, sed suam malitiam perficiens. Nam si diligenter consideraueris, noluit Christus praecedenter crucifigi. Insinuat autem illud per hoc, quod deprecatur poculum. Quia autem sciebat ante omnia secula, quod aliter non possibile saluari hominem: propter malitiam inimici, uoluntarium sit, quod praecedenter non erat uoluitum. Dicens autem bonū esse hominem illum non esse natum: ostendit substantiam peccati nudā à substantia. Obserua aut uerbū, Vadit: significat enim peregrinationē magis, quā mortē, suā occisionē.

Vescientibus autem eis, accepit Iesus panem, & quum egisset gratias, fregit, deditque discipulis, & dixit: Accipite, comedite, hoc est corpus meum.] Apposuit autē uescientibus, ut ostenderet crudelitatem ludas: quia in mensa & communione ciborum illius, quando si & fera fuisset, mansuetiorem se exhibuisset: tūc neque quum argueretur, intellexit, sed & corpus illius gustans, nō poenituit. Quidam autem dicunt, quod egresso ludas, tradidit sacramentum alijs discipulis. Proinde & nos sic facere debemus, & malos à sacramentis abarcere. Gratias quoque agit fracturus panem, ut & nos erudiat cū gratiarum actione panem offerendū: & ut ostendat se cum gratitudine fractionem sui corporis, hoc est occisionem suscipere, neque agere ferre, ceu in re quae displiceat sibi, ut & nos cum gratitudine martyrium aggrediamur. Porro dicens, Hoc est corpus meum: ostendit quod ipsum corpus domini est panis qui sanctificatur in altario, & non respondens figura. Non enim dixit, hoc est figura: sed, hoc est corpus meum. Inestabili enim operatione transformat, etiā si nobis uideat panis. Quoniam infirmi sumus & abhorremus crudas carnes comedere, maxime hominis carnē, & ideo panis quidē apparet, sed caro est.

Et accepto poculo, gratias agens, dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus, qui est noui testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum.] Sicut uetus testamentum immolationem habebat & sanguinem, ita & nouū testamentum sanguinem habet, ac immolationem. Pro multis autem dicit effundi, hoc est pro omnibus. Sunt enim & omnes multi. Quare autem supra quidē non dixit, Accipite, comedite omnes: hoc autem loco, Bibite ex eo omnes? Sunt qui dicāt propter ludam hoc dictum, ludas enim panem accepit, & non comedit: sed occultauit ut monstraret ludas, quod panem corpus suum uocaret Iesus: poculum autē inuitus bibit, quum nō posset occultare. Propterea hoc loco dicebat, Bibite omnes. Iuxta anagogen autem dicunt, quod non sit omnium accedere ad solidum cibum, sed perfectiorum: bibere autem, omnium sit. Idcirco hoc loco dicebat, Bibite omnes: simpliciora enim dogmata recipere omnium est.

Dico autem uobis, quod non bibam posthac ex hoc fructu uitae, usque in diem illum, quum illud bibam uobiscum nouum in regno patris mei.] Sumpto poculo, renuntiā at corporali potioni. Nouum autem promittit, id est nouum quēdam modum sumptionis: in regno, hoc est in resurrectione. Quum resurrexisset enim, comedit ac bibit nouo quodam modo: nō enim quasi indigeret cibo, corporalem sumpsit cibū, sed ut crederetur uera corporis natura. Regnum autem merito suam resurrectionem nominat: tunc enim uiuixit mortem, & reipsa regem se comprobauit. Vel etiā sic intelligas: Nouum poculum, reuelatio est sacramentorum dei, hoc est in secundo aduentu reuelabuntur quae uere sunt noua, qualia nō audiuius uspiam. Caeterū bibere dicitur Christus nobiscum, eo quod nostram utilitatem, cibum & potum suum existimat.

Et quum hymnum dixissent, exierunt in montem oliuarum.] Postquam coenauit, hymnum

hymno
alium
ludae
et ag
tum
etiam
tempore
quid ad
gis hoc in
cur pater
numquam
permittit
bo, hoc
et ad ge
Reli
non qu
negat
zatur
sed in
niam
arrog
illa noc
Dicit
autem &
semane,
suam affec
mentu, ex n
ctari. sed &
praestare non
et sequitur
Et assump
Tunc dicit illis
cum. Et progre
bile est, ardeat
assumit discip
dilecti comen
in seculum
fuerat, ut cre
quod praeter
rer diabolum, &
conteratur. Ve
nem, quod non p
simus, ne nos ip
Et propterea non h
ni, et audientes eu
um uero passionem
trac nostra salutis. V
etiam mortem, f
etiam propter quo
nam fuerit uale
et obtemperare,
uocit ad discipu

hymnum dixerunt, ut discamus & nos sic facere. In montem oliueti uenit, & non in alium locum, ne putaretur fugere: non enim in ignotum locum secedit, sed in eum qui Iudæis notus erat. Secedit autem à sanguinaria ciuitate, quam reliquit ut persequatur, & arguat illos postea qui & cedentem insectati fuerint.

Tunc dicit illis Iesus: Omnes uos scandalum patiemini per me in ista nocte. Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis. Postquam autem resurrexero, præcedā uos in Galilæa. Futura tanquam deus prædicit. Et ut non offendatur, quasi ab ipso acrius accusati, dixit scriptum esse: Percutiā pastore, & dispergent oves gregis. hoc insinuans: Ego continebo uos, mea autē abitio uos disperget. Percutere autē dicitur pater filium, eo quod uolūtate, hoc est permissione eius crucifixerunt Iudæi dominum: quia quum ipse possit eos prohibere, & non prohibet, dicitur percutere propter permissionem. Deinde soluens eorum tristitiam, Euangelizat eis: Resurgam & præibo, hoc est præueniam uos in Galilæam. indicans hoc loco, relicturum se Hierusalem, & ad gentes concessurum: Galilæam enim gentiles inhabitant.

Respondens autem Petrus, dixit illi: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego tamē nunquam scādalum patiar. Dicit illi Iesus: In hac nocte priusquā gallus cantet, ter me negabis. Ob multam mentis confidentiam Petrus solus pollicebatur se non scandalizatum iri, & idcirco permisit illum Christus cadere: ut doceat ne quis in seipso cōfidat, sed in deo: & fidedigniora existimanda uerba Christi, quā nostram conscientia. Quoniam & superbia plenū erat dicere, Si omnes scandalizati fuerint. Ostenditur enim esse arrogans & ignorans suam infirmitatem. Prædicit igitur dominus illi & horā, quod in illa nocte, & priusquā gallus cantet: & numerū negationū, nēpe qd' ter negaturus sit.

Dicit illi Petrus: Etiam si oportuerit me mori tecū, ne utiquā te negabo. Similiter autem & omnes discipuli dicebant. Tunc uenit Iesus cum illis in uillam, quæ dicitur Gethsemane, & dixit discipulis: Sedete hic, donec uadam & orem illic. Petrus genuinam suam affectionem declarare uolens, contradicit saluatori: liberatus autem à proditiōis metu, ex magno amore & ambitione cœpit & contra alios insurgere, & Christo reluctari. sed & alij discipuli nondum experti tentationes, ex ignorantia polliciti sunt, quæ præstare non potuerūt. Transiuit autem Christus in locū seorsum oraturus. Ocio enim & sequestratione opus habent preces.

Et assumpto Petro & duobus filiis Zebedæi, cœpit affici dolore ac moestitudine. Tunc dicit illis Iesus: Tristis est anima mea usq; ad mortem, manete hic & uigilate mecum. Et progressus pusillum, præcidit in faciem suam, orans & dicens: Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste: ueruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu. Non oēs assumpsit discipulos, sed tres tantum, quibus ostenderat gloriam in Thabor: ne quum uiderent eum orantem & laborantem, scandalizarent. Cæterum & illos relinquit, & abiit in secretissimum locum, ac orat. Porro quod moestus est & piget, per dispensationem fiebat, ut credatur uerus esse homo. Humanæ enim naturæ est timere mortem, eo quod præter naturam ingressa est mors, & propterea illam fugit natura. Item ut ignoret diabolus, & inuadat eum ut purum hominem, quo conficiatur ipse morte, & sic conetur. Vel aliter: Si dominus mortem non timuisset, dedisset Iudæis excusationem, quod non peccassent, quod ita citra metum ad mortem prosiliisset. Ex hoc item discimus, ne nos ipsi in tentationem nos inijciamus, sed precemur ut liberemur ab eis. Et propterea non longa distantia à discipulis progreditur, sed prope tres discipulos manet, ut audientes eum memores sint ut & ipsi in tentationibus precentur similiter. Calicem uero passionem nominat, uel propter somnum quem facit, uel quod latitiæ causa sit ac nostræ salutis. Vult autem transferri calicem, uel ut mōstret hominem naturaliter deprecari mortem, sicut prædictum est: uel quod noluit Iudæos tam graue peccatum peccare, propter quod destrueretur templum, periretq; populus. Veruntamen paternā uoluntatem fieri uult: ut & nos discamus, quod licet natura nostra reluctetur, deo tamē magis obtemperare, quā nostram uoluntatem implere debeamus.

Et uenit ad discipulos, & inuenit eos dormientes, & dicit Petro: Adeo non potuisti

Cap. XXVI. THEOPHYLACTI ARCHIEP. BVLGAR. IN MATTHAEV M

Ioan. 6. una hora uigilare mecum: Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Spiritus quidē promptus est, at caro infirma.] Quoniam audax erat Petrus & alij discipuli, arguit illorum infirmitatem, quod temeraria fuerint loquuti, & Petro praesertim sic loquit: Vna hora nō potuistis uigilare, & quomodo animas uestras pro me ponetis? Sed iterū postquam reprehensione eos perstrinxit, curat dicendo: Spiritus quidē promptus est, at carnis oblectatur imbecillitas. Hoc est, uenia uos dignor, quod nō propter contemptum obdormiueritis, sed ppter infirmitatē. Vnde posthac, quia infirmi estis, nō sitis tam audaces: sed orate, ut in nullam intretis tentationem. Alij autem: Ne intretis in tentationem, intelligunt pro ne uincamini à tentatione mea. Non enim iubet nos sine tentatione esse, nam tentationes nos coronant: sed ne à tentatione absorbeamur, & intremus in uentrem eius quasi bestiae cuiusdam. Hoc iubet orare. Nam uictus à tentatione ingreditur in eam, hoc est absorbetur ab ea.

Rursus altera uice abiit & orauit, dicens: Pater mi, si nō potest hoc poculum transire à me, nisi bibam illud, fiat uoluntas tua. Et uenit, & reperit eos iterum dormientes. Erāt enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterum abiit, ac orauit tertio eundem sermonem dicens.] Disce homo continuo precari in tentationibus, audiens & dominū sepe orasse. Quum autem inuenisset iterum dormientes, non reprehendit, ne tristitia afficeret: sed reliquit & abiit, ac orauit tertio, confirmans se hominem esse. Ternarius enim numerus ueritatis demonstratiuus & confirmatiuus est.

Tunc uenit ad discipulos suos, & dicit illis: Dormite iam, & requiescite, ecce appropinquauit hora, & filius hominis traditur in manus peccatorum: Surgite eamus, ecce appropinquauit qui me tradit.] Ostendens, quod non opus habeat illorum subsidio, quando traditur, dicit illis: Dormite nunc, & requiescite. uel per ironiam dixit, quasi ita diceret, Ecce appropinquauit proditor, & si placet uobis & permittit tempus, dormite. Excitat igitur illos à loco illo ubi orabat, & accedit ad eos qui se comprehensuri erant, & occurrit eis quasi laetum quippiam sibi oblaturi ueniret. Et illa quae precatus est, precatus est ut credibilior esset dispensatio: & quod uoluisset non pati, ut seruarentur Hebraei à perditione quae eis imminebat propter peccatum suum.

Ioan. 18. Et illo adhuc loquente, ecce Iudas unus ex duodecim uenit, & cum eo turba multa cum gladijs & fustibus missi à principibus sacerdotum & senioribus populi. Is uero qui tradebat eum, dedit illis signum, dicens: Quencumq; osculatus fuero, ipse est, tenete eū. Et confestim accedens ad Iesum, dicens: Aue rabbi. Et osculatus est eum. Dixitq; illi Iesus: Amice, ad quid ades? Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & ceperunt eum.] Vides arma pontificum qualia sint: Ligna & gladij. Ita erant pacifici, & spiritū mansuetudinis habentes. Vnus autem ex duodecim, dicit Euangelista: admirans quod ex primis & electis esset, diaboloq; se tradidisset. Vnde homo & tu time, licet ex familiarissimis sis, ne unquam de sedia uaces & excidas. Signum autē dedit Iudas, eo quod nox erat, & non poterant inter noscere. Et aliter: Qui uenerant ad comprehendendum, nō erāt ex turba tot, quot ex seruis pontificum, qui omnino cognouissent Iesum, sed Iudas notum facit eis magistrum osculo. Nam quum sciret bonitatē domini, audebat illū osculari. Ille autem fert usq; ad nouissimam horam, studens sua longanimitate illum lucrari. Quum autē neq; sic emendatus est, tūc fecit illos cadere, ut uel cadēdo agnoscant ipsius uirtutē. Vnde quū neq; sic destiterunt à sua temeritate, tūc semetipsum eis exposuit. Alter quoq; & Iudam uocat, incessens eū & blandiens, quasi diceret, undenam amici osculum? Quod uero dicit, Ad quid ades? hoc est, qua intentione hic ades? nunquid ut amicus? sed nō oportebat cum gladijs aduenire? nunquid ut inimicus? & quomodo oscularis? arguit igitur eum ut dolosum.

Et ecce unus ex his qui erant cum Iesu, extendens manum exemit gladium suum, & percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit auriculam eius. Tūc dicit illi Iesus: **Matth. 9.** Cōuerte gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas, quod non possim nunc rogare patrem meum, & exhibebit mihi plures quā duodecim legiones angelorū? Quo pacto igitur implebuntur scripturae: quia

quia sic oportet fieri. Petrus erat qui gladium exemerat, ut Ioannes dicit. Habebat autem gladium, quo agnum paschalem mactarat. Non arguimus autem Petrum, quoniam non pro se, sed pro magistri zelo ardens hoc fecit. Dominus uero qui stipatur angelicis exercitibus, docet non utendum gladio, etiam si cui deum ultionem exquirere uideatur. Porro Petrus amputans auriculam, ostendit Iudaeos inobedientia laborare. Deinde & dictum legis ponit, quod homicida & ipse occiditur. Lex enim hoc dicit, quod qui acceperint gladium, moriantur gladio. Insinuat autem, quod Romanorum gladio perituri essent Iudaei, contra se gladium accipientes. Iam quod non dixit, Possum exhibere duodecim legiones angelorum: sed, orare patrem meum. dispensatiue dicit, sicut homo, propter suam infirmitatem. Multa enim tunc erant, quibus humana ueritas ostendebatur, ut sudor & timor. Et non uisus fuisset uerisimilia dicere, si dixisset: Possum ipse adducere angelos. Pro duodecim igitur (inquit) apostolis, astutissent mihi duodecim exercitus angelorum, si quidem uoluisset. Legio enim est magnus agmen, nempe sex millia equitum. Oportet igitur (inquit) haec omnia fieri, ut impleantur scripturae, quae haec praedixerunt. Non quod ideo Iudaei mali, quia praedixerunt scripturae: sed quia Iudaei haec mala uoluntate facturi erant, ideo spiritus sanctus ea scripturis prodidit.

In illa hora dixit Iesus turbis: Tanquam ad latronem existis cum gladijs & fustibus ut comprehendatis me: quotidie apud uos sedebam docens in templo, & non me cepistis. Hoc autem totum factum est, ut complerentur scripturae prophetarum. Ostendit stultum illorum conatum, & quod non fortitudinis illorum fuerit, se comprehendere. Quando enim (inquit) eram in templo, uolebatis me comprehendere: & quia non concedebam uobis, tunc non poteratis: nunc autem sponte me ipsum offero. nam scio impossibile scripturas, quae uestram praedixerunt malitiam, mendaces esse.

Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. At illi comprehensum Iesum, duxerunt ad Caipham principem sacerdotum, ubi scribae & seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur eum procul, usque ad atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro, sedebat cum ministris, ut uideret finem. Alij quidem discipuli fugerunt: Petrus uero feruentiori erga magistrum affectu, sequebatur procul: quamuis autem & Ioannes sequebatur, at non ut discipulus, sed ut notus pontifici.

Principes autem sacerdotum & seniores, & totum concilium querebant falsum testimonium contra Iesum, ut morti eum traderent: & non inuenerunt. Et quum multi falsi testes accessissent, non inuenerunt. Ad Caipham ducunt eum, nam ille erat pontifex anni illius, ubi & reliqui pernoctabant: non comedentes tunc pascha, sed expectantes, ut occiderent dominum, ita praearcabantur legem. Dominus enim & ipse legitime comederat, illi uero contemnunt legem, modo occidant Christum.

Novissime autem uenerunt duo falsi testes, & dixerunt: Hic dixit, Possum destruere templum dei, & in triduo aedificare illud. Et surgens princeps sacerdotum, dixit illi: Nil respondes: Cur isti aduersum te testimonium dicunt: Iesus autem tacebat. Et respondens princeps sacerdotum, ait illi: Adiuro te per deum uiuum, ut dicas nobis, an tu sis Christus filius dei. Dicit illi Iesus: Tu dixisti. Vere illi erant falsi testes. Christus enim non dixerat, Possum destruere: sed, soluere. & non dixit, templum dei: sed, hoc id est corpus meum. Et iterum non dixit, aedificabo: sed, excitabo. erantque illi manifestarij falsi testes, qui dicebant Christum alia dixisse quam dixerat. Iesus igitur quum sciret iudicium eorum iniustum, tacebat: quibus enim signa nihil persuaferant, quomodo persuaissent responsa: Porro pontifex cupiens illum blasphemum declarare, rogat: ut si dixerit, Ego sum filius dei: tanquam blasphemus condemnetur. Si autem negauerit, testificatus sit contra semetipsum. At dominus, qui comprehendit sapientes in uersutia sua, respondit: Tu dixisti. hoc est, tuum os confessum est, quod ego sum filius dei.

Veruntamen dico uobis, a modo uidebitis filium hominis sedentem a dextris uirtutis, & uenientem in nubibus caeli. Ex Daniele propheta hic loquitur. Ille enim inquit: Videbam sicut filium hominis uenientem in nubibus. Nam quia putabant impostorem esse, eo quod in humili uestitu apparebat: Videbitis (inquit) me tunc cum uirtute uenire.

Cap. XXVII. THEOPHYLACTI ARCHIEP. BVLGAR. IN MATTHAEVM

entem, & assidentem patri. Virtutem enim hic patris. Et nō in terra, sed à coelo ueniēte.

Tunc princeps sacerdotum discidit uestimenta sua, dicens: Blasphemauit, quid insuper egemus testibus: Ecce nunc audistis blasphemiam eius: quid uobis uidetur? At illi respondentes, dixerunt: Reus est mortis. Mos erat ludæis, quando quid intolerabile accidebat, disrumpere uestē. Sic & Caiphas, quasi manifestarius ille blasphemus esset, decepturus populum hoc faciebat, quasi hac ratione cogens alios dicere, hunc reū esse mortis. Veruntamen discite, quod Caiphas rupit uestimenta sua, sacerdotium ueteris legis esse disruptum & ablatum significare.

Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt. Alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes: Vaticinare nobis Christe, quis est qui te percussit? Quando condemnatus est, tunc ignominiosa multa contra eum fecerunt, & expuerunt in eum, obtegētes (ut alius Euangelista inquit) faciem eius. Nam ut prophetam eum habebāt, ideo ita inspuerunt in eum. Colaphizare autem, est manibus percutere, simul incuruatis digitis & pugno cadere.

Petrus uero sedebat foris in atrio, & accessit ad eum una ancilla, dicens: Et tu cum Iesu Galilæo eras. At ille negauit coram omnibus, dicens: Nescio quid dicas. Quum autē exisset in uestibulum, uidit eum altera ancilla, & ait his qui erant ibi: Et hic erat cum Iesu Nazarenō. Et iterum negauit cum iureiurando: Non noui hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant, & dixerunt Petro: Vere & tu ex illis es, nam & loquela tua te manifestum facit. Tunc coepit detestari & iurare, quod non nosset hominem. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus est Petrus uerbi Iesu, qui dixerat ei: Priusquā gallus cātet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amare. Immo timore laborans Petrus, oblitus est promissionum, & humanæ seruit imbecillitati, quasi uita defunctus nescius quid dicat. Intellige autem per Anagogen, quod ab ancilla Petrus reprehenditur, hoc esse humanæ infirmitatis & seruilis affectionis indicium. Donec gallus cantans, illū recordari fecit. Gallus autem est sermo, qui nō finit nos torpere & dormire, sed dicit: Vigila-

te. & Surge qui dormis. A sermone igitur tanquā à gallo quodam excitatus Petrus, egressus est foras atrium principis sacerdotū, hoc est ambitū excæcatæ mentis: & egressus ab insensibilitate, fleuit amare. Quādiu enim erat in atrio excæcatæ mentis, non fleuit, neq̃ enim sentiebat: ubi autem exiuit, sentire coepit.

C A P V T X X V I I.

Marc. 15.
Luc. 23.
Ioan. 18.



ANē autē facto, consiliū inierunt omnes principes sacerdotū & seniores populi aduersus Iesum, ut eum morti traderent. Et uinctum eū adduxerunt, & tradiderunt Pontio Pilato præsidī. Vide diabolū, quomodo omnes illos comprehendat in diebus illis, persuadens eis ut sacrificarent, quum sacrificare & offerre debebāt pro aliorum peccatis, ignorantia & purgatione. Illi autem Iesum & ligant, & adducunt ad Pilatum præsidem, qui à Pontio erat, Rhomanis autē tributarius, & ab eis in Iudæam præses missus. Tradiderunt itaq̃ dominum Pilato, ut seditiosum, & uirum qui tyrannidem meditatus esset.

Tūc uidens Iudas, qui eum tradiderat, quod damnatus esset: poenitudine ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus, dicens: Peccaui, tradens sanguinem innoxium. Illi autem dixerunt: Quid ad nos? tu uidebis. Et proiectis argenteis in templo, recessit: & abiens, laqueo se suspendit. Tarde sapere incipit, & poenitet quidem, non autem recte. Nam suum poenitere bonum erat, suffocari autem diaboli cum. Proinde non ferens ignominias subsequuturas, seipsum à uita subduxit. Oportebat lachrymari, & propitiationem querere proditorem. Quidam autem dicunt, quod Iudas quum auarus esset, sperabat proditione Christi multum lucri, & Christum non occisum iri: sed euasurum, sicut sæpius & antea, quum autem tunc uidisset condemnatum ut moreretur, poenitentia rei ductus est, quod aliū quā opīnabatur exitū res sortiret. Idcirco & se strangulauit, ut præueniat Iesum in inferno, & ibi orādo salutem assequatur. Verum scias, quod posuit quidem collum suum in laqueum, & quum penderet ab arbore,